



DISPUTATIO JURIDICA 26522

INAUGURALIS

DE

1666, 8.

CITATIONE JUDICIALI,

QUAM

DIVINA CLEMENTER FAVENTE GRATIA,

Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI ET CONSULTISSIMI JCTORUM
COLLEGII IN ILLUSTRIS AC CELEBERRIMA
HAC REIPUBL. ARGENTORATENSIS
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

NOBILEM SUMMUMQUE IN UTROQUE
JURE DOCTORIS GRADUM, HONORES,
INSIGNIA ET PRIVILEGIA LEGITIME
AC DECENTER CAPES-
SENDI.

PUBLICAE

Eruditorum Disquisitioni submitte

JOHANNES FRIDERICUS Prengkenhoff/

HALL. SAXO.

Ad diem ^{Martij.} iix. Mens. ~~Febr.~~ Ann. M. DC. LXVI.
loco horisque consuetis.



ARGENTORATI,
LITERIS JOHANNIS WELPERI.



DEPUTATIO IURIDICA
CITATIONE JUDICIALI

DIVINA CLEMENTER FAVENTE GRATIA
MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI ET CONSULTISSIMI HONORUM
COLLEGI IN ILLUSTRI AC CELEBRISSIMA
HAC REIPUBLICA ARGENTORATENSI
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

NOBILEM SUMMUMQUE IN UTROQUE
JURE DOCTORIS GRADUM, HONORES
INSIGNIA ET PRIVILEGIA PERPETUAE
AC DECENTER CAPIS

JURIS
FRANCISCO JOHANNES FRIDERICUS
HALL SAKO

Ab diebus Natalibus Ann. M. DC. LXXVI
loco huiusmodi consuetudinis

ARGENTORATI
LITERIS JOHANNIS WELTII

3

19

15

16

17



 Flamine, mi Jesu, meum nunc dirige
 gressum.

PRÆLOQUIUM.



Uoniam sit moris dudum recepti, ut Disputationis Inauguralis loco proponatur aliquid Solennique Examine exhibeatur, dispicienti mihi, quamnam hinc sumerem materiam, inter cæteras ea, quæ est de CITATIONE JUDICIALI cum primis arrisit. Est certè hæc quotidiana, est utilis & necessaria, quæ suasu Jcti PAULI *in l. 25. de liberat. leg. nec non Jcti ULPIANI in l. 1. pr. ff. de suspect. tut.* sæpius attingenda, plenius tractanda & ponderanda. Ecquis enim nescit, citationem vocari speciem defensionis, quæ juris naturalis? per *l. 3. ff. de l. & l. l. i. §. 11. ff. si quadrup. pauper. fec. dic.* Quem etiam latere potest, quod dicatur ordinis judiciarii fundamentum? teste SPECULAT. *tit. de Citat. in pr. & GAIL. lib. 1. obs. 48. num. 1.* quodque adeò sit necessaria ad processum, ut eâ omisâ totus annulletur reddaturque nullus. per *l. 47. ff. de Re judic. & Clem. Pastoralis. §. dici ne. de Sent. & Re judic. RULANT. de Commissar. part. 1. lib. 2. cap. 3. n. 1.* Itaque his paucis præmissis sine omni ulteriori verborum ambage ad propositum me accingo. Tu verò benignissime DEUS, in cujus nomine ad omnia consilia omnesque actus semper progredendum *l. 2. C. de off. præf. præf. Afr. qui & res penitus desperatas donare & consummare virtutis magnitudine potes. l. 1. §. 2. in fin. C. de V. l. E.*

Huc adsis, clemensque meis illabere cæptis,

Quo possit portum tangere missa ratis!

A 2

DISPU.

4.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS

De

CITATIONE JUDICIALI

Thesis I.

PRæclara & memorabilis est Jcti Pauli Sententia, quâ censet, non esse singulis concedendum, quod per Magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *L. non est singulis. 176. ff. de R. I.* Idcirco judiciorum vigor jurisque publici tutela in medio est constituta, ne quisquam auctoritate privatâ, sed per judicem injuriam sibi illatam vindicet suumque reposcat. *l. 14. C. de Iuda. & Cælicol. l. 7. ff. ad l. Iul. de vi priv. & l. 13. ff. quod met. caus.*

II. Debet autem cuique rem suam, vel id quod sibi debeatur, in judicio persequi volenti hoc præprijis summæ esse curæ accordi, ut præscriptam judiciorum formam sive procedendi ordinem probè observet. *l. 4. ibiq. gloss. & Dd. Cod. de Sent. & interlocut. omni judic. l. 14. in fin. C. de Pact. & arg. §. pen. Inst. de satisfact. Etenim non tantummodò is dicitur litigator temerarius, qui injustam fovet causam. tot. tit. Inst. de pœnem. litig. sed etiam qui contra ordinem judiciorum procedit. MYNSING. in Comment. Inst. dict. tit. §. omnium. num. 1.*

III. At enim verò est nobis longè alia in pluribus instituendi atque peragendi ratio, quam quæ fuit Priscis Rom. Imò & quæ tempore Justiniani Imp. teste VULTEI. *lib. 1. Disc. Schol. cap. 1. & lib. 2. jurispr. Rom. cap. 27. qui etiam cap. 26. Ordinis illius veteris brevem* habet

habet exegefin, exactam verò descriptionē POLLET. *lib. 5. Histor. for. Rom.* Et nostris quidem moribus ubique ferè locorum hic ordo observatur, ut Actor ante omnia judicem competentem adeat, eidemque pro Citatione emittenda & processu decernendo vel in Supplicatione speciem futuræ litis summam demonstrat, vel unâ cum ipsa libellum actionis exhibeat. vid. VULTEI. *dict. lib. 2. cap. 27.* TREUTLER. *Vol. 1. Dissp. 4. th. 2.* & MINDAN. *de process. lib. 1. cap. 3. n. 1.*

IV. Citatio siquidem basis dicitur, principium & fundamentum iudicii instituendi. §. *ult. Inst. de pœn. tem. litigant.* SPECULAT. *lib. 2. de Citat. in pr.* BLARER. *in l. Diffamari. C. de ingen. manumiss. c. 6. n. 1.* atque adeò est necessaria, ut eâ omisâ sit totus processus nullus. *Clem. Pastoralis. 2. de Sent. & Re judic. cap. 1. X. de caus. poss. & propriet.* RULANT. *de Commissar. part. 1. lib. 2. cap. 3. n. 1.* & CHIL. *Rönig. in process. cap. 24.* Hinc etiam Serenissimus Saxon. Elector, ne omitteretur citatio, monet ac præcipit *in Ordinat. Process. judic. tit. 4. in pr.* ubi hæc habentur verba expressa: *Uldiweil die Citation das erste fundamental Stück des Processus ist / So werden sich die Gerichte und Gerichts Notarien hierbey umb so viel desto mehr in acht nehmen.* add. Dn. CARPZOV. *in Process. jur tit. 7. art. 1. §. 1. n. 6.*

V. Est autem Citatio, quæ Germ. vocatur *Ladung / Vorladung* / hodiè nihil aliud, quam quod olim fuit *in jus vocatio*. VULTEI. *lib. 1. Disc. Schol. c. 2.* & WESEMB. *in parat. ff. tit. de in jus voc. n. 13.* Quamquam nemo facilè negabit, aliàs inter hæc duo maximum dari discrimen. ZOES. *in Comment. ad π. de in jus voc. n. 4.* Sic enim præter plures alias differentias (quarum unam atque alteram refert Magnif. ac Con-



sultis. Dn. D. REBHAN, celeberrimæ Universitatis Argentoratensis h. t. Rector meritissimus, Patronus obsequiosâ mente mihi semper venerandus, in *Hodoget. jur. pag. 848.*) appellatio in jus vocationis est angustior, citationis verò latior, ita, ut hæc ad multos alios actus, quam qui juris experiendi causa fiunt, accommodari possit, prout satis apparet ex *l. 20. ff. de Test. l. 1. §. 2. ff. de vent. insp. l. 39. ff. de Adopt. l. 47. ff. de Re jud. vid. LUDWEL. in Comment. Inst. lib. 4. tit. 16. §. 3. n. 1. VULTEI. jurispr. Rom. lib. 2. c. 28. in pr.*

VI. Nihilominus tamen certum est, hodiè nomina: in jus vocatio & citatio, promiscuè usurpari. Magnif. Dn. D. REBHAN, Jctus famigeratissimus. *dict. loc. C. I. A. tit. de in jus voc. th. 22. edit. nov.* & Dn. D. STRAUCH. *Dissert. 24. aphoris. 1.* Quinimò solet vocabulum citationis ut plurimum observari, quod secundum VULTEI. *jurispr. Rom. dict. lib. 2. c. 28. pr.* in jus vocationem absorpsisse videtur, ideoque nulla mihi erit religio cum Doctoribus dicere citationem, quam Veteres Jcti in jus vocationem appellabant.

VII. Quibus ita prælibatis ipsam aggredior Definitionem; Omissis autem aliis aliorum definitionibus, citationem cum Nobilissimo & Amplissimo Dn. D. REBHANIO. *dict. pag. 848.* ita rectius definiri posse existimo: Quod sit Actus judicialis præparatorius, quo is, quem iudicio sisti, certa ex causa opus est, iudicis mandato, ad certum terminum præfixum, juris experiendi causa in iudicium vocatur.

IX. Quam Definitionem cum in Sequentibus per ejus membra explicare necessum habeam, hac vice eam intactam relinquo, transitum faciens ad Divisionem Citationis nostræ judicialis.

IX. Solet autem à variis, variè dividi, sed grata brevitati studens aliis quibusdam divisionibus relictis, hinc eam non incommodè cum Doctoribus dividi posse puto, in Ordinariam sive Regularem & Extraordinariam seu Irregularem. Hæc dicitur Realis, illa Verbalis: Porrò in Generalem & Specialem.

X. Citatio Generalis communiter & præprimis à Practicis vocatur ea, quæ ad totam fit causam; Quando nimirum adversarius semel pro semper vocatur, ut toti adsit causæ singulisque ejus partibus usque ad conclusionem: *Daß er der Sache und aller folgenden Gerichtstage und Terminen bis zum endlichen Beschluß aufwarten wolle.* vid. FIBIG. *de process. judic. c. 2. memb. 3. §. 3. p. 22.* & MARANT. *in specul. aur. part. 6. memb. 1. de Citat. n. 118.* Atque hujus citationis generalis usus in Camera Imperiali est maximus, imò omnes citationes ibi regulariter esse tales, attestatur GAIL. *lib. 1. obs. 51. n. 10. cum seqq.* MYNS. *cent. 4. obs. 33.* Addatur JOHAN. FORST. *de Process. Camer. pag. 965.* Nec obstat vulgatum illud dogma practicum; citandam esse partem ad unumquemque actum, quod luculentissimè explanat cum multis extensionibus multisque restrictionibus PETR. PHILIPP. PORTIUS. *in suis Regul. inter Regul. jur. in fol. enumeratis. fol. mihi 197. cum seqq.*

XI. Specialis verò nominatur, quæ ad unum aliquem judicii actum dirigitur; Veluti ad Litis contestationem, Exceptionem, Probationem, Attestationum Publicationem, Sententiam aliosque similes. *arg. c. 1. X. de caus. poss. & propriet. WESEMB. in Parat. Cod. de in jus voc. n. 5.* SCHNEIDEW. *in Comment. Inst. lib. 4. tit. 16. §. ult. n. 4.* & GAIL. *dict. obs. 51. qui num 11. refert, in Camera Imperiali, in causis purgationum & in processu ex*



tu ex L. Diffamari Cod. de Ingen. manumis. non unam
 seu generalem citationem sufficere, sed requiri plures.

XII. Realis citatio est, quæ fit apprehensione & ca-
 pturâ personæ; Quando scil. Reus personali apprehen-
 sione ad iudicium ducitur, l. 4. ff. Ne quis eum, qui in ius
 voc. vi exim. c. 15. de Sent. Excom. in 6. It. Nov. 134. c. 5. &
 JASON. in l. 17. n. 33. de in ius voc. Verum enim verò
 admittitur Realis non nisi in criminalibus regulariter,
 per l. unic. in fin. pr. Cod. de Rapt. Virgin. & arg. l. 3. ff. l. 1.
 & 2. C. de Custod. Reor. ZOES. in comment. π. de in ius
 voc. n. 5. MARANT. dict. memb. 1. de Citat. n. 60. Sed
 non facilè in causis civilibus & pecuniariis. per l. 2. Cod.
 de exact. tribut. nisi urgente demum necessitate, v. g. Si
 fortè Reus de fuga sit suspectus. l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud.
 credit. PEREZ. in Cod. tit. de in ius voc. n. 5. BERLICH.
 p. 1. concl. pract. 73. n. 43. 44. & GAIL. lib. 2. obs. 44. vel
 aliâ ratione justâ ita suadente. per l. 8. C. quom. & quand.
 iudex. & SICHARD. ad hanc l. n. 22. vid. Magnific. Dn.
 D. STRUVE. Syntagm. jurispr. dict. Exerc. 5. th. 12. MA-
 RANT. d. loc. n. 58. cum seq. Excipit tamen hic GAIL.
 lib. 1. obs. 48. n. 14. & 16. quasdam personas, ut sunt Do-
 ctiores, milites, Mulieres, &c. de quibus etiam Dn. BIC-
 CIVS in Aureis suis. sect. 5. num. 92. lit. bb. & VULTEL.
 lib. 2. jurispr. Rom. cap. 28.

XIII. Verbalis autem, de qua est textus in cap. 6.
 verb. vivâ voce. X. de Dol. & contum. Duplex dicitur: Alia
 scil. publica, & alia privata.

XIV. Publica est, quæ fit vel Edictis scripto com-
 prehensis, foribus Rei, templorum aut Valvis curia-
 rum affixis, ejusque mentionem facit MARCIANUS
 in l. 1. §. presides. ff. de Requir. Reis. Hanc Dd. aliàs vo-
 cant Edictalem: Da einer durch öffentlichen Anschlag
 in drey

In dreyer Herren Landen citiret wird. Quod consuetu-
dine generali receptum esse tradit Dn. CARPZOV, in
process. jur. tit. 7. art. 4. n. 40. & 46. Idemq; usu Camerae
servari attestatur GAIL. lib. 1. Obs. 57. n. 10. Est tamen
ejusmodi citatio judici haud permessa, nisi in casibus
tantummodo necessitatis, nimirum quando quis alio
modo citari nequit, puta, si Reus latitet vel efficiat, ne
citatio ad se perveniat. Clem. 1. de judic. SCHURFF.
cons. 82. cent. 1. BOVER. singul. 9. n. 25. aut si vagabun-
dus sit, nullum habens certum domicilium, de quo lo-
quitur. l. 19. ff. de judic. GAIL. lib. 1. Obs. 57. n. 4. MA-
RANTA. dict. memb. 1. de citat. n. 83. Sic permittitur
quoq; tunc, si contradictor sit incertus & omnes in ge-
nere quorum interest, citari debeant. per cap. ult. in fin.
de Elect. in 6. l. 6. C. de Remiss. pign. GAIL. Obs. 57. n. 6. seq.
ZOES. in Com. π. tit. de in jus voc. n. 11. MARANT. d. loc.
de citat. qui adhuc plures alios casus recenset à num. 82.
usque ad n. 97. Add. ROSBACH. in prax. civ. tit. 25. n. 9.
ubi quoq; videri potest Formula Citationis Edictalis.

XV. Vel citatio publica etiam fit proclamate pu-
blico, voce nimirum praëconis in loco publico, unde
verisimiliter citatus rescire possit citationem; Et de hac
textus habetur in Clem. 3. de Elect. Auth. qua in provin-
cia. Cod. ubi de crimin. It. in Nov. 69. c. 3. pr. Quando au-
tem vel quibus in casibus hæc sit permessa, copiosè dicit
MARANT. in Spec. aur. d. p. 6. de citat. n. 97. usq; ad n. III.
ubi tredecim potissimum casus enumerat. vid. quoque
FRANCISC. HERCUL. de probat. negat. n. 240. seqq.
An verò iisdem, quibus Citatio Edictalis, sit recepta?
valdè dubitat SICH. ad l. 8. C. quom. & quand. judex.
motus nimirum per rationem Auth. qui semel. Cod. d.
tit. & Nov. 112. c. 3. quod vox praëconis paucis inno-
tescat, facile evanescat?

B

XVI.

XVI. Privatam quod attinet citationem, fit ea vel denunciatione apparitoris privatim, vel literis: Denunciatione, vivâ scil. nuncii voce, in personam sive faciem citandi primò, vel demum ad absentis domum. Dico in personam primò seu faciem citandi? Notum enim est, quod jure cōmuni regulariter non nisi in subsidiū fieri citationem ad domum, sit permissum, nimirum, si Reus non reperiatur & ita propter ejus absentiam citatio ipsimet offerri nequeat. *l. 4. §. 5. ff. de damn. infect. l. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam. BART. in l. 1. ff. de liber. agnosc. quam opinionem quoq; sequitur gloss. in c. 3. X. de dol. & contum. conf. ZOES. d. tit. n. 9. PEREZ. in Cod. eod. tit. n. 10. GILHAUS. in arb. judic. c. 4. ram. 1. de citat. n. 35. ASIN. in Prax. §. 6. c. 1. seq. & VANT. de Nullit. sent. ex defect. citat. n. 87. & seqq. Attamen in terris Saxon. aliud usu fori est receptum & sufficit citationem ad ejusdem domum fieri. *Ordinat. Appellat. de anno 1605. tit. Von Außbringung der Ladung. §. Item Es sollen. verb. in seine Behausung oder seine Wohnung verkündiget werden. vid. Dn. CARPZ. in process. jur. tit. 7. art. 1. n. 61. seq.**

XVII. Occasione prædictorum quæstio occurrit; Si citandus plures haberet habitationes, ad quamnam citationis executio facienda? BARTOL. in §. prætor ait. s. l. 4. ff. de dam. infect. ita tenet, quod debeat citari, ubi tempore citationis agat, vel suam familiam habeat. Quem sequitur PEREZ. in Cod. d. tit. n. 10. Alii autem putant ad eas ædes citationem esse faciendam, in quibus majore anni parte egerit. *arg. Clem. 3. de Elect. ibi: in domo, quam ipse appellatus habitare communiter consuevit. & BARTOLI opinionem tunc procedere volunt, quando iste in omnibus suis domiciliis equali tempore habitaverit. vid.*

vid. LANFRANC. de ORIAN, *in pract. de citat. §. 6. & DAMHOUDER. in prax. rer. civil. cap. 59. n. 2.* qui docet, citationem fieri posse vel ad domum, quam citandus pro majori anni parte inhabitaret, vel in qua esset major pars utensilium, aut familiæ, vel certè ubi tunc tempore citationis moraretur & habitaret.

XIIX. Oritur hinc adhuc alia, nimirum; *Si citandus sit vagabundus vel discursor, qui nullibi fixam habeat sedem, ubinam talis deberet citari?* Nos salvo aliorum iudicio saniori cum PEREZIO *in Cod. d. tit. n. 11.* ita distinguimus: Aut controversia, propter quam citari debet vagabundus, est de re mobili, aut est de re immobili: Si de immobili, executionem citationis in loco rei sitæ esse faciendam & citationem vel valvis templorum ejusdem loci affigendam, vel ibidem publicè legendam. *arg. d. §. prator ait. s. l. 4. ff. de damn. infect. in verb. quod se nec.* Si verò contentio sit de re mobili vel pecunia, tunc eo loci fieri debere citationem, in quo ille frequentior versari soleat. Add. GILHAUS. *in arb. jud. d. cap. 4. ram. 1. n. 35. & SCACCIA. lib. 1. de judic. caus. civ. crim. cap. 34. n. 14. & c. 45. num. 23.*

XIX. Sequitur citatio, quæ fit literis, scil. cum per scripturam sive literas, quas vocant citatorias, quis vocatur, de qua mentio fit *in l. 26. §. 9. ff. de fideicom. libert. & hujus usus hodiè in universa Germania reperitur maximus, ob eandem fortè rationem, quam supra thes. 15. annotavimus ex Nov. 112. c. 3. & Auth. Qui semel. Cod. quom. & quand. judex.* Num verò pro arbitrio suo iudex, vel per nuncium vivâ voce, vel in scriptis citare possit, quæritur? Et quod regulariter ita possit, concludunt Doctores communiter. MARANT. *d. loc. de Citat. n. 74.* qui etiam statim *n. 75. usq. ad n. 81.* annectit septem casus ex-

3
19
3
6
7

3

sus exceptos, quibus citatio in scriptis necessaria, inter quos etiam est, si personæ, quæ citandæ, sint clarissimæ, i. e. in dignitate constitutæ. l. 17. §. 1. ibi: BARTOL. n. 7. C. de dignit. lib. 12. Idemq; notat JASON. in §. quadrupli. n. 24. Inst. de Action. add. BOCER. part. 2. disp. 13. clas. 6. th. 22. ASIN. in prax. d. §. 6. cap. 7.

XX. Præterea solet etiam Citatio distingui à fine & effectu in Simplicem seu Dilatoriam & peremptoriam per l. 68. ff. de judic. l. 8. & Auth. seq. C. quom. & quand. Magn. Dn. D. STRUVE. dict. Exerc. 5. th. 12. WESEMB. in parat. ff. n. 13. tit. de in jus voc. SCOTAN. in Exam. jur. tit. eod. p. 112. VULTEI. lib. 2. jurispr. Rom. cap. 28. n. 55. DAMHOUDER. in prax. rer. civ. c. 57. n. 1. & plures alii.

XXI. Simplex seu dilatoria, spacium 14. dierum plerumq; continens, teste Dn. CARPZ. in process. jur. tit. 7. art. 2. n. 48. & TERMIN. in process. jur. c. 8. dicitur, quæ primò, secundò ac tertio decernitur. VULTEI. d. c. 28. n. 55. & quæ absq; præcisa comparitionis cõminatione emittitur: v. g. Daß er den 10. N. erscheine/ und Klägern auf geführte Klage antworte / nec talis citatum antea constituit plenè contumacem, quam si tertio facta sit. arg. l. 68. & 70. ff. de judic. l. 9. C. quom. & quand. & Nov. 112. c. 3. Magnif. Dn. D. BRUNNEMAN. in Repetit. parat. Wesemb. dict. tit. de in jus voc. quest. 22. & ROSB. in prax. civ. tit. 25. ubi n. 15. etiam habetur Forma ejusmodi citationis.

XXII. Peremptoria verò est, quæ præcisam requirit comparitionē, usq; adeò, ut si die præfinitâ citatus non venerit, contumacem reddat; & sic omnē dilationem ulterioremq; tergiversandi occasionem perimit ejusmodi citatio ac tollit. d. l. 70. cum seqq. ff. de judic. Hanc autē tribus modis fieri docet Amplif. Dn. D. STRUVE. dict.

dict. Exerc. 5. th. 12. Nimirum primò, tribus simplicibus citationibus distinctis. *l. 8. & 9. C. quom. & quand. l. 53. §. 1. ff. de Re judic.* Secundò, in qua tres termini distincti simul per certa temporis intervalla reo sunt assignati, & tertio, si in citatione unicus terminus tantumdem temporis, quantum aliàs tres simplices, continens, præfixus, voce additâ peremptoriè. *d. l. 8. C. quom. & quand. l. 72. ff. de judic. & d. l. 53. §. 1. ff. de Re judic.* Denselben Tag ich euch für den ersten/ andern/ dritten und endlichen Gerichtstag und also peremptoriè ansehe. vid. ROSBACH. *dict. tit. 25. n. 16.* & ibi Citationis peremptoriæ Formula.

XXIII. Dixi in thesi præcedenti, additâ voce peremptoriè; *Quid, si vocolâ hac omisâ addatur clausula comminatoria?* Et communis est Practicorum doctrina, hanc clausulam idem operari vimq; citationis peremptoriæ habere. *arg. l. 2. C. quom. & quand. l. 71. cum seq. ff. de judic. & BARTOL. in l. 15. §. 16. n. 4. ff. de dam. infect. v. g.* quando inseritur: mit der außdrücklichen verwarschensung / er erscheine alsdenn oder nicht / daß nicht desto minder ergehen soll/was recht ist. Item bey straff Ungehorsams. *zc.* mit der außdrücklichen commination. vid. Dn. CARPZ. *d. tit. 7. art. 1. n. 27.* & BERLICH. *part. 1. concl. 10. n. 9. seq.* Cœterum hic venit notatu dignum, quod moribus Saxon. unica tantum citatio, quæ tamen peremptoria, emitti soleat. *Ordin. Appellat. de Anno 1605. rubr. Von Außbringung der Ladung. §. Item Es sollen die Citations und Ladungen allewege peremptoriè geschehen.* Et talis citatio debet continere terminum legalem, eine vollkommene Sächsische Frist/ quæ constat sex Septimanis & tribus diebus. *Ordin. process. judic. Elect. Sax. tit. 10. §. in fall aber.* vid. COLER. *de process. Execut.*



p. 1. c. 2. n. 18. 19. Dn. CARPZ. I. P. F. p. 1. const. 9. def. 17.
n. 2. & TERMIN. in proc. jur. cap. 8. in fin.

XXIV. Perlustrata igitur hæctenus variâ citationis
divisione, succedit nunc tractatio personarum, tum ea-
rum, quæ citare valent, tum illarum, quæ citari possunt
ac debent. Quod attinet primò personas, quæ citare
possunt, nemo fortè negabit, eas esse omnes iudices
competentes, & quidem non tantummodò ordina-
rios, verum etiam Delegatos; cuius ratio patet ex l. 16.
& seq. ff. de iurisdic. nimirum ideò, quod delegatus
vice magistratus delegantis fungatur, imò quoq; aper-
tissimi juris sit, delegatâ jurisdictione ea omnia, sine
quibus hæc expediri nequeat, tacitè intelligi concessa,
per l. 2. ff. de iurisdic. & c. 5. X. de offic. deleg. vid. GAIL.
lib. 1. obs. 35. n. 9. RULANT. de Commissar. p. 1. lib. 3. c. 3.
WESEMB. dict. tit. n. 13.

XXV. Quæritur tamen hîc; Num à iudice delegato
omnis citatio & sic etiam Realis possit fieri? De citatione
reali negant BARTOL. & Dd. in d. l. 2. ff. de iurisdic.
utpote quæ per ordinarium tantum expediri possit:
Idemque probat GAIL. lib. 1. obs. 48. num. 13. per text. in
Nov. 53. c. 4. & Auth. Qui semel. C. quom. & quand. Quod
citationem concernit Edictalem, idem certè sentiunt
regulariter, nisi sit delegatus Principis, per dict. Auth.
Qui semel. & quando per Edictum citandi facultas huic
specialiter fuerit concessa vel res ita sit comparata, ut
sine ejusmodi citatione expediri nequeat: consulatur
Magnif. Dn. D. BRUNNEM. dict. tit. quest. 24. GAIL.
lib. 1. obs. 57. n. 13. GILHAUS. in Arb. jud. civ. c. 4. ram. 1.
n. 36. PETR. LOTICH. in tract. rer. Germ. lib. 8. c. 4. sect. 3.
GRÆV. lib. 1. concl. 57. n. 10. & SICHARD. ad l. 8. C.
quom. & quand. iudex.

XXVI. Dixi thesi vigesima quarta, iudices competentes citare posse; *Qui verò si iudex non competens citationem emitteret?* Et dici videtur per *l. fin. ff. de iurisdic. l. 2. in fin. ff. ne quis eum qui in jus voc. junct. l. 53. §. ult. ibique Dd. ff. de Re judic.* quod illi impunè possit non pareri: Veruntamen simpliciter ita concludere, esset certè signum inscitiae. Nos igitur cum Doctoribus distinguimus inter iudicem, qui notoriè nimirum incompetens, & inter alium, de cuius incompetentiâ non plenè constat, ita, ut illi impunè non pareatur, per *LL. jam allegatas*, non etiam huic, per *l. 2. ff. si quis in jus voc. & l. 5. ff. de iudic.* ex quibus apparet, tunc citatum debere omninò comparere & incompetentiâ allegare. vid. Magnif. Dn. D. BRUNNEM. *tit. Si quis in jus voc. quest. 1.* Amplif. Dn. D. STRUVE. *dict. Exerc. 5. th. 14.* BERLICH. *p. 1. concl. 10. n. 5. seq.* GRAEV. *lib. 1. concl. 48. consid. 2.* MYNS. *cent. 6. obs. 7. n. 7.* GILHAUS. *d. cap. 4. ram. 1. n. 10. cum seqq.* COLER. *de proc. jur. Sum. c. 6. p. 24.* & MARANT. *d. loc. num. 39.*

XXVII. Sed quam variis ex causis incompetentiâ iudicis oriri possit ac soleat, temporis & instituti nostri ratio haud permittit, de singulis hîc plura verba facere. Sic enim oritur vel ex qualitate causæ, quæ in controversiam vocatur, vel personæ litigantis, quæ in jus vocatur. v. g. Si sit clericus, tunc non à iudice laico citari potest, per *c. 4. X. de iudic. c. 12. X. de for. compet. & Auth. Statuimus. Cod. de Episc. & Cler.* vid. Nobil. Dn. D. STRUVE. *Exerc. 9. th. 38. & 59.* ZOES. *in com. π. tit. de iurisd. n. 84.* RITTERSHUS. *in Differ. jur. civ. & can. lib. 5. c. 4. pr. & in Exposit. Nov. p. 1. c. 7. n. 80.* Similiter respectu quantitatis sive Summæ, quæ venit in iudicium, iudex etiam dicitur minus competens; ut puta, si ejus iurisdic-
tio

Et ad certam quantitatem, v. g. ad causas centum solidorum sit restricta, Summa verò, quæ in controversiam venit, centum illos solidos excederet. *l. 11. pr. l. 19. §. ult. & l. fin. ff. de jurisdic. ZOES. d. tit. n. 28. Conferat. hic omninò Magnif. ac Consultif. Dn. D. DECKHERR. p. m. in Disputat. sub Ejus Præsidio solemniter habita, de Prorogation. jurisdic. thes. 7. & seqq.*

XXIX. Hactenus de personis citantibus à nobis dictum, videamus igitur in sequentibus, Quinam possint citari seu in Jus vocari; Quos tamen, iis primum expositis, qui ex speciali juris communis beneficio vel in totum non permittuntur citari, vel sine venia & prætoris jussu prohibentur, deinde facilius intelligemus. *arg. l. 1. pr. ff. de his, qui sui vel al. jur. l. 8. ff. de Accusat. & l. 12. ff. de judic.*

XXIX. Itaq; primum ordinè quod attinet, eos sc. qui planè seu in totū prohibentur citari, *in l. 2. 3. 4. pr. & l. 22. ff. de in jus voc.* recensentur: Et sunt in horum numero Magistratus annui majores imperium habentes, durante officio, *l. 2. pr. d. tit. l. 26. §. 2. ff. ex quib. caus. major.* postquam verò officium deposuerint, cessat prohibitio omnimoda. *l. 48. ff. de judic. & l. 32. ff. de injur.* BART. *in d. l. 2. n. 2.* Dico, Magistratus majores, non etiam minores, quippe qui, tam magistratu perseverante, quam eodem finito, rectè in jus vocantur. *d. l. 32. ff. de injur.* vid. TREUTLER. *Vol. 1. Diss. 4. th. 6. lit. B. ZOES. tit. de in jus voc. n. 14. & DUAREN. de judic. c. qui agere poss. in fin.* Quinimò interdum durante magistratu majores quoq; citantur, ut si in officio grave delictum commiserint. *per l. 4. C. ad l. Iul. Repet. Nov. 8. c. 10. & Nov. 86. c. 4.* Magnific. Dn. D. BRUNNEMAN. *d. tit. quest. 2.* SPECKHAN. *in quest. jur. cent. 2. clas. 4. quest. 7. n. 9.* TREUT.

TREUTLER. *d. loc.* Idem juris esse putant Dd. eo casu, quo periculum sit, ne dies actionis exeat, scil. haftenus illos conveniri posse, ut lis contestetur *per l. 16. ff. de offic. praesid.* MAURIC. *de Restit. in integr. c. 392.* SPECKH. *d. quest. 7. n. 21.* Sed temporibus hodiernis, quibus ubique ferè locorum cœperunt esse magistratus perpetui, etiam hanc exemptionem omnimodam cessare, Doctores tradunt *per l. 2. C. ubi Senat.* RITTERSHUIS. *d. p. 9. cap. 11. n. 13.* GILHAUS. *in arb. jud. c. 4. ram. I. num. 46.* TRENTAC. *lib. 2. pr. Resol. de Citat. resol. 1. n. 5.*

XXX. Porro ad hunc ordinem referuntur Episcopi, Sacerdotes & Clerici, sacra atque divina peragentes officia & ministeria. *per d. l. 2. ff. de in jus voc.* iis verò peractis secus. *per l. 6. §. 1. C. de his qui ad Eccles. confug.* Sic etiam qui funus familiare ducunt & circa illud instruendum efferendumque sunt occupati, nec non in exequiis defunctorum iusta iis facientes vel funus prosequentes ac comitantes. *per l. 3. ff. eod.* It. qui Uxorem ducit quæque nubit, eo nimirum tempore, quo celebritatem nuptialem peragunt, in Jus vocari prohibentur. *dict. l. 2. ff. de in jus voc.* Denique infantes, furiosi, impuberes, puellæ & pupilli. *per l. 4. pr. & l. 22. ff. eod.* It. *l. 5. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eatur.* tales enim personæ non habent legitimam personam standi in iudicio *tot. tit. Cod. qui legit. person. standi.* vid. C. I. A. *tit. de in jus voc. th. 6* WESEMB. *in parat. ff. eod. n. 4.* SCOTAN. *in Exam. jur. p. 115.* loco tamen pupillorum citari possunt eorundem tutores, vel si nullos fortè habeant, conjuncti *per dict. l. 5. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. eatur.* MYNS. *cent. 2. obs. 35.* TREUTLER. *vol. 1. disp. 4. th. 7. lit. B.* MARANT. *part. 4. judic. distinct. 16. n. 43.* FRANCISC. de CHALDAS. *ad l. 3. Cod. de in integr. Restit. min. in pr. n. 14.* Et tantum de his,



XXXI. Sequuntur personæ secundi Ordinis, quæ nequeunt citari sine venia: Inter tales autem sunt potissimum, Parentes nostri utriusque sexus, tam masculi quam foeminae, cujuscunque gradus sint, in infinitum. *l. 4. §. 1. & 2. ff. de in jus voc. l. 3. C. eod. l. 1. §. 2. ff. ne quis eum, qui in jus voc. & l. 26. §. 2. in fin. ff. ex quib. caus. major. etiam naturales tantum. d. l. 4. §. ult. l. 5. cum seqq. ff. de in jus voc.* Sed non pater incestuosus, quippe quem ignorant jura. *l. 5. ff. d. tit. secus tamen in matre, per l. 4. §. ult. in fin. & l. 5. ff. h. tit.* Ulterius quoque sine venia citari prohibentur Parentes adoptivi, *per l. 7. & 8. ff. de in jus voc.* non verò & eorum Parentes, *per d. l. 7. pr. h. tit.* Deindè parentibus annumerantur Patroni & Patronæ, *l. 4. §. 2. l. 8. §. 2. l. 9. ff. & l. 2. C. de in jus voc.* jubent enim LL. ut his quoque præstetur reverentia ab iis quos manumisserunt, & ne inferatur ignominia. *l. 8. §. 1. cum LL. seqq. ff. d. tit. vid. C. I. A. dict. loc. th. 8. & 9. RITTERSH. in Expos. Nov. p. 9. c. 11. n. 14. TREUTLER. Vol. 1. disp. 4. th. 6. SCHNEIDEW. in §. pœnales. n. 36. seqq. Inst. de Action. SCOTAN. in Exam. jur. p. 116. in med.*

XXXII. Quinimò ut paucis nos expediamus, dicimus cum Modestino; Generaliter sine venia non esse vocandos, quibus sit præstanda reverentia. *l. 13. ff. de in jus voc.* Quæ verba tamen, monente HILLIGER. in DONELL. *part. 2. lib. 23. c. 2. lit. Y.* nec nimis latè nec nimis strictè debent sumi, sed de illis saltem personis quibus necessitate legis reverentia præstetur. Occasione autem hujus una atque altera quæstio hîc commode posset tractari, nimirum; *An privignus prohibeatur sine venia in jus vocare novercam vel vitricum? an uxor maritum? vel discipulus præceptorem privatum?* verum enim verò temporis penuria hæc non concedit, videatur

tur tamen de hisce HILLIGER. in DONELL. *d. loc. C. I. A. d. tit. de in jus voc. th. 8.* MENOCH. *lib. 2. de arbit. jud. cent. 5. cas. ult.* RITTERSHUS. *d. p. 9. c. II. n. 15. seqq.* BOCER. *d. part. 2. clas. 6. disp. 13. th. 49. 50.* De Domino feudi etiam acris est quæstio inter Doctores; *Num. scil. hic sine venia possit à Vasallo in jus vocari?* Hoc videmus quidem communiter negari, rectius tamen ab aliis affirmari putat certè Consultis. Dn. D. BRUNNEM. *d. tit. de in jus voc. quæst. 4.* & horum sententia quoque non tantum moribus germanicis est recepta, ut tradit ROSENTHAL. *5. de Feud. 69. n. 5. lit. H.* Sed etiam in Camera Imperiali præjudiciis confirmata, teste GAIL. *de pignor. obs. 15. n. 4.* & MYNS. *cent. 4. obs. 92. per tot. ubi n. 4.* refertita in Camera Imperiali in causa *Groslegen* fratrum contra Comitem de *Hanau* fuisse pronunciatum. Add. BORCHOL. *de feud. cap. 10. n. 38.* JUL. CLAR. *in §. feud. q. 25. n. 1.* ALEXAND. *ind. l. 13. ff. de in jus voc.* VULTEL. *1. Feud. 10. n. 22.* EVERHARD. à MIDELBURG. *in suis loc. leg. loc. à liber. ad vasall. n. 15.*

XXXIII. Coeterum controvertitur inter plures; *Utrum hodiè etiam ejusmodi venia specialis impetratio sit necessaria?* Affirmativam Sententiam tenent ex aliis RITTERSH. *in Exposit. Nov. p. 9. c. II. n. 20.* PEREZ. *in Cod. tit. de in jus voc. n. 3.* WESEMB. *in parat. ff. eod. tit. n. 12.* & ibi BACHOV. It. HILLIGER. in DONELL. *d. c. 2. lit. Z.* Contra verò non pauci Dd. docent privilegii hujus de non vocando in jus sine venia, nostris temporibus haud magnum esse usum, cum eo ipso, quod iudex quem ad instantiam alterius citet, venia impetrata intelligatur; Interim tamen actor semper modestè & reverenter citationem impetrare necessum habet. Amplis. Dn. D. STRUVE. *d. Exerc. 5. th. 9.* ZOES.



in Com. π. tit. de in jus voc. num. 15. Dn. CARPZ, I. P. F. p. 1. const. 2. def. 26. & in process. jur. tit. 7. art. 1. n. 40. seqq. SCHWAN, in Differ. I. C. & Cam. diff. 5. n. 43. & ZANGER, in tract. de Except. p. 2. c. 9. ubi n. 9. attestatur, non obstante hac exceptione non impetratae veniae sapius Reo litis contestationem fuisse impositam.

XXXIV. Devenimus tandem ad personas necessariò citandas; Et debet quidè Reus maximè citari, quippe contra quem principaliter Supplicatio dirigitur, aliàs si eo non vocato procedatur, certum est nullitatem & defectum processus contrahi, qui ne quidem per ipsum Papam vel Imperatorem suppleri potest. *Clem. Pastoralis. §. dici ne. de Sent. & Re judic. cap. 1. X. de caus. poss. & propriet. GAIL, lib. 1. obs. 48. n. 1. & obs. 75. n. 9. seq. ASIN, in Prax. §. 6. c. 13. n. ult. Non sufficit autem eo casu, quo plures sunt Rei & litis consortes, unū vel alterum eorum citari, sed tunc necessariò omnes & singuli citandi, l. 1. cum seq. C. de consort. ejusd. lit. Ordin. Cam. part. 1. tit. 22. §. Item Welcher auch. vid. Dn. CARPZ, I. P. F. p. 1. const. 2. def. 25. & in proc. jur. d. tit. 7. art. 1. n. 56. seqq. ubi n. 58. Idem in foro Sax. observari docet, per allegat. Ordin. proc. jud. tit. 4. in pr. vers. Würden auch mehr litis consorten. & BERLICH, part. 1. concl. 10. n. 5. seqq. Sic etiam debent citari omnes, qui prætendunt interesse aliquod, quive ex eo actu, qui in judicio celebratur, lædi possent. per l. 39. ff. de Adopt. l. 29. §. fin. ff. de minor. l. 47. ff. de Re judic. & Nov. 119. c. 6. MARANT. d. loc. n. 2. alioquin certè quoad præsentem tantum & citatos, actus ille expeditus valebit. d. l. 47. ff. de Re judic. & Auth. Si omnes. Cod. Si min. ab heredit. se abstin. reliquis autem non vocatis minimè præjudicabit. per l. 7. C. quom. & quand. judex. & d. l. 29. §. fin. ff. de minor.*

minor, vid. Amplifs. Dn. D. BRUNNEM, *d. tit. q. 26.*
 WESEMB, *in parat. Cod. eod. n. 8.* SCOTAN, *in Exam.*
jur. p. 116. in fin. MARANT, *in Spec. aur. de Citat. cum*
multis restrictionibus à num. 4. usque ad. n. 39.

XXXV. Antequam ad formam citationis nostræ judicialis transitum facimus, ordinis ratio jubet causas primùm, in quibus nimirum citatio necessaria, breviter perlustrare. Est autem hic Regula Doctorum: Citatio regulariter in omnibus requiritur causis, in quibus etiam cognitione opus, *cap. 1. X. de caus. poss. & propriet. c. 3. §. quod si. de Appellat. in 6. l. 13. pr. ff. de minor. & l. 7. C. quom. & quand. judex.* & quidem tam in causis criminalibus. *per l. 1. pr. ff. de Requir. Reis. l. 5. ff. de pæn. l. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar.* quam in civilibus, *per d. l. 47. ff. de Re judic.* vid. ROSBACH. *in Process. jur. civ. tit. 22. n. 31.* Nec omitti potest in causis Summariis, quia & in his cognitio causæ requiritur, quæ tamen, nisi utraque parte auditâ expediri nequit. *arg. l. 39. ff. de Adopt. & d. l. 47. ff. de Re judic.* Dn. CARPZ. *in process. jur. tit. 1. art. 1. §. 3. & tit. 7. art. 1. n. 10. seqq.* Imò etiam in Notoriis citatio est necessaria, *per cap. 15. vers. dicitur enim. X. de purgat. Canon. & c. 23. ibiq. gl. X. de Elect.* Et enim vix tanta esse potest notorietas, ut omnem exceptionem, præsertim quæ in facto consistit, excludat. BACHOV. *ad p̄q̄w. p. 454. n. 6. hic & ad Wesemb. n. 13. ibi: etiam in notorijs. eod. tit.* Amplifs. Dn. D. STRUIV. *d. Exercit. 5. th. 10.* GAIL. *lib. 1. Obs. 48. n. 2.* Confer. ROSBACH. *in proc. civ. d. tit. 22. n. 36. seq. & Dd. ibi citat.* E contra verò ubicunque nulla cognitio causæ requiritur, vel actus sit talis, ut partis præsentiam non desideret, vel quando judex alterâ parte ignorante aut invitâ procedere potest vel etiam alia justa causa subest,
 Cita.

Citatio intermitti potest. WESEMB. *in Parat. C. d. tit. n. 9.*
 GILHAUS. *in arb. judic. c. 4. ram. 1. n. 49.* MYNS. *cent. 2.*
obs. 91. & cent. 6. obs. 6. ASIN. *in Prax. jud. §. 7. c. 5.* MA-
 RANT. *d. loc. n. 6. 7. & mult. seqq.*

XXXVI, Nunc de properamus ad citationis for-
 mam, quæ certè summo studio observanda, ne, si quid
 circa hanc neglectum, totus in nihilo abeat processus,
 MENOCH. *Consil. 740. n. 27.* Idcirco etiam Sereniss.
 Elector Saxon. monet atque præcipit, ut citatio forme-
 tur legitimè, *in dict. Ordin. process. judic. tit. 4. pr. ibi:*
 Alldieweil die Citation das erste fundamental Stücke
 des Processus ist/ so werden sich die Gerichte und Ge-
 richts Notarien hierbey umb so vielmehr in acht neh-
 men/ und die Citationes nach Art und Eigenschafft ei-
 nes jedwedern negotii also stylisiren und formalisiren/
 wie es die Rechte erfodern. Notat autem egregiè BALD.
in l. 2. n. 8. Cod. quom. & quand. ante omnia hic atten-
dendum esse Stylum & consuetudinem cujusque judi-
cii, quippe quod Stylus judiciorum pro lege omninò
servandus, ALEX. in cons. 240. n. 2. lib. 6. & cons. 58. n. 10.
lib. 7. Quod si igitur stylus & consuetudo specialis non
appareat, tunc sanè forma juris communis probè ob-
servari debet.

XXXVII, Sed hæc consistit partim in comoda ci-
 tationis conceptione, partim verò in legitima conce-
 ptæ executione: Ad illam requiritur primò judicis ci-
 tantis nomen *arg. l. 80. ff. de judic. Ampl. Dn. D. BRUN-*
NEM. d. tit. q. 34. RULANT. de Commissar. p. 1. lib. 5. c. 3.
n. 3. GAIL. lib. 1. obs. 48. n. 6. & GRÆV. lib. 1. concl. 48.
n. 9. ut nimirum citatus intelligat, an judex ille com-
petens sit, nec ne, cum certè regulariter extra territo-
rium suum vel supra jurisdictionem jus dicenti impu-
 nè non

nē non pareatur. per l. fin. ff. de jurisd. l. 2. ff. Si quis in
 jus voc. & d. Clem. Pastoralis. de Sent. & Rejudic. Confer.
 Magnific. atq; Consultis. Dn. D. DECKHERR. in dict.
 Disput. de prorogat. jurisdic. th. 15. BERLICH. p. 1. concl.
 10. n. 3. & GAIL. d. Obs. 48. n. 6. Deinde etiam ideò, ut
 citato constare possit, num sit Judex ordinarius vel De-
 legatus, & si fortè in hoc error sit commissus, vitiat ille
 citationem. per d. l. 80. ff. de jurisdic. GAIL. Obs. 48.
 n. 23. Hic etiam non incommodè venit notandum, in
 judice Delegato hoc esse speciale, ut commissionis suæ
 tenorem citationi inferat, per cap. 31. X. de off. deleg. c. 2. X.
 de Dilat. & Auth. Qui semel. Cod. quom. & quand. MA-
 RANT. in Spec. aur. p. 4. dist. judic. s. n. 50. & p. 6. de ci-
 tat. n. 75. GAIL. lib. 1. obs. 48. n. 17. seq. Add. MYNS.
 cent. 3. obs. 1. & Decad. 1. Resp. 6. n. 25, 26. RULANT. d.
 p. 1. lib. 5. cap. 3. num. 7.

XXXIX. Dictum fuit in thesi præcedenti, quod ex-
 tra territorium citanti & jus dicenti impunè non pa-
 reatur; Accidit tamen aliquando, ut ex alterius judicis
 territorio quis citandus veniat, quomodo igitur hoc
 in casu fiat citatio, quæritur? Et communis est Dd. do-
 Grina, tunc fieri debere citationem implorato illius
 judicis subsidio, ita scil. ut hic judex literas requisito-
 riales mittat ad judicem territorii, in quo Reus degit,
 eumque roget, ut vel permittat in loco sui territorii
 citationis executionem fieri, vel ipsemet subditum
 suum ad terminum præfixum comparere jubeat, offe-
 rendo se in simili causa paria facturum. per d. Clem. Pa-
 storalis. §. ut illud. vers. verum est quidem. de Sent. & Re-
 judic. l. 1. §. hoc autem. verb. literæ ad magistratum dentur.
 ff. de fugitiv. l. 1. §. 2. ff. de Requir. Reis. l. 1. Cod. ubi caus.
 Seat. & Nov. 134. cap. 5. Consulat. Dn. CARPZOV. in
 process.

process. jur. tit. 7. art. 3. n. 6. BERLICH. part. 1. concl. 8. per tot. COLER. de process. Executiv. part. 3. c. 7. n. 37. Addi potest GILHAUS. in dict. c. 4. ram. 1. n. 36. ubi refert, non subditum tripliciter à iudice ordinario extra territorium posse citari.

XXXIX. Secundò est necessum, ut nomen & cognomen Rei citandi exprimatur. *per cap. 2. de Rescript. in 6. ubi gl. in verb. quorum. & verb. nomina, c. 14. §. quoniam. & cap. 34. X. eod. It. l. ult. Cod. si per vim vel al. mod. FRIDERIC. de process. lib. 1. c. 6. n. 10. seq. GAIL, lib. 1. obs. 49. n. 1. & 5. in fin. haud enim novum est, quod sæpius reperiantur plures, qui sunt unius ejusdemq; nominis, ut igitur citatus possit cognoscere, an citatio ipsum concernat, nec ne, debet omninò exprimi nomen ejus & cognomen, ne aliàs citatio dicatur incerta. RULANT. de commissar. p. 1. lib. 6. c. 3. n. 4. Imò, explorati quoq; juris est, quòd contra non nominatum executio fieri vel in contumaciam rectè procedi nequeat, quod præjudicio firmat MYNS. cent. 5. obs. 50. n. 5. atq; ampliatur id ipsum, ut eo casu, quo plures citandi omnium nomina in citatione exprimenda. *per dict. c. 2. de Rescript. in 6. c. 14. §. quoniam. X. eod. Ordinat. cam. part. 1. tit. 22. §. Item/ Welcher. Recess. Imper. de Anno 1566. hinfüran sollen. & de Anno 1654. §. Diesen nechst nun. vid. GAIL, lib. 1. obs. 49. & seq. MYNS. cent. 2. obs. 66. VULTEI. in jur. Rom. lib. 2. c. 28. n. 26. MARANT. d. loc. n. 63. add. Dn. CARPZOV. in I. P. F. p. 1. const. 2. defin. 25. n. 5. ROSBACH. in Prax. Civ. d. tit. 22. n. 19. & GRAEV. lib. 1. concl. 49. n. 1. & seq. Quod tamen secus, si collegium aliquod vel universitas citanda sit, nam tunc citationem generalem ad Consules & Senatores sufficere attestantur GAIL, lib. 1. obs. 49. n. 6. seq. MYNS.**

MYNS. *cent. 5. obs. 50.* GILHAUS. *d. c. 4. ram. 1. n. 15.* &
MARTA NEAPOL. *in Digest. noviss. tom. 1. tit. libellus.*
cap. 18.

XL. Tertio debet exprimi in citatione Actor, qui
judicium adiit, proprio nomine similiter & cognomi-
ne, ut scire possit citatus, quis ipsum citari curaverit &
ut exinde fiat certior, non ex officio judicis, sed ad in-
stantiam partis citationem fuisse factam, quoniam ju-
dex ad utilitatem privatam officium suum non peti-
tum impartiri regulariter nequeat, ut docet BART. *in*
l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. Itaque judex proprio motu
citationem validam decernere non poterit. *per l. 68.*
ibi: ut primo quis petat. ff. de judic. l. fin. Cod. de bon. aut.
jud. pos. verb. postulante. Idque etiam firmat *Ordin. Cam.*
p. 3. tit. 12. §. 1. pr. ibi: Auf ansuchen des Principals.
MARANT. *d. loc. de citat. n. 115.* MENOCH. *lib. 2. pra-*
sumt. 23. VANT. *de nullit. Sent. ex defect. citat. n. 31. & 44.*
RULANT. *de Commiss. p. 1. lib. 5. c. 3. n. 4.* Rectè tamen
limitatur hoc in delictis notoriis & gravioribus, ubi
judex ex officio & motu proprio citationem decernere
potest. *per l. 13. ff. de off. presid. & Ordin. Cam. p. 2. tit. 10.*
§. Es sollen und mögen auch. vid. SPECKHAN. *cent. 2.*
cl. 4. q. 8. ZANGER. *tract. de Quæst. seu tort. in præm. n. 11.*
NICOL. REUSNER. *lib. 1. Decis. 29. n. 31.* Item in cau-
sis utilitatem publicam principaliter concernentibus.
per cap. 24. X. de Accusat. l. 7. C. eod. l. 1. pr. C. de custod.
Reor. GAIL. *lib. 1. obs. 50. n. ult.* ROSBACH. *in prax. civ.*
d. tit. 22. n. 29. SOCIN. *de citat. art. 6. n. 2. & 7.* His add.
omnino GILHAUS. *in arb. jud. cap. 4. ram. 1. n. 17.* &
MINDAN. *de process. lib. 1. c. 1.* qui etiam recensent ad-
huc alios casus similes.

XLI. Quarto requiritur, ut causa, propter quam
D quis

quis citatur, expressis verbis inseratur. per l. 2. ibi: causa, ff. si quis in jus voc. l. 2. §. 3. ff. de judic. c. 4. si primates. §. q. 2. & cap. 2. X. de Dilat. ubi gl. & PANORMITAN. It. BALD. in d. l. 8. C. quom. & quand. Sin verò secus fiat, citatio tanquã indiscreta & incerta non valebit. VANT. d. loc. n. 50 seq. MARANT. de citat. 69. RULANT. de Commissar. p. 1. lib. 5. c. 3. n. 5. Ratio autem hujus requisiti est, ut citatus instruat de eo, super quo convenitur, & ut deliberare possit, cedere an contendere velit. per d. c. 2. & c. fin. X. de Dilat. Ordin. Cam. part. 3. tit. 12. §. 3. ibi: Daß der citirt oder antwortet / auf angesetzten Tag gefast erscheinen ze. Cui etiam concordat Ordinatio. process. judic. Elector. Sax. tit. 4. pr. verb. und damit der Citatus jedesmahl worzu er eigentlich vorgeladen sey / wissen möge, vid. Dn. CARPZOV. d. tit. 7. art. 2. n. 20. seqq. WESEMB. in parat. ff. de in jus voc. n. 13. VULTEI. in jurispr. Rom. lib. 2. c. 28. n. 28. & lib. 2. c. 2. n. 76. in tract. de judic. ibique allegatus IMMOLA & GAILIUS, qui hanc sententiam Dd. communem asserunt, TREUTLER. Vol. 1. disp. 4. th. 3. lit. D. MASCARD. de probat. vol. 2. concl. 986. & ZANGER. tract. de Exception. part. 2. c. 13. n. 8. It. VANT. d. tit. n. 50. seq. MELAND. Cameral. p. 2. memb. 3. & RULANT. de Commissar. p. 1. lib. 5. cap. 3. num. 5.

XLII. Quæstio hîc jam illa attingenda venit: si quis ad unam causam expressam sit citatus, an is ad aliam quoque non expressam respondere teneatur & cogi possit? Quod quidem non paucis ita videtur, in quorum numero VULTEI jurispr. Rom. lib. 2. c. 28. n. 29. ZAS. in parat. de jud. n. 48. GAIL. lib. 1. obs. 51. n. 8. WURMS. 1. pract. obs. tit. 6. obs. 14. Negat tamen INNOCENT. incap. Licet. 30. n. 2. X. de off. deleg. Cujus opinioni etiam ut

tutio-

tutiori propter text. in l. 2. §. 3. ibi: quoniam ad aliam. ff. de judic. subscribit Nobiliss. Dn. D. BRUNNEM. in Re-
pet. ad parat. Wesemb. d. tit. de in jus voc. quest. 27. Am-
pliss. Dn. D. STRUVE. dict. Exerc. 5. th. II. Dn. CARPZ.
in process. jur. tit. 7. art. 2. n. 28. seqq. BERLICH. part. 1.
concl. 10. n. 17. WESEMB. in parat. ff. d. tit. n. 13. MYNS.
cent. 6. obs. 6. SCOTAN. in Exam. jur. p. 117. GRÆV.
lib. 1. concl. 51. consider. 1. TREUTL. Vol. 1. disp. 4. th. 3.
lit. D. Cui non tantum negativa hæc verior videtur,
sed etiam præjudiciis Cameræ eandem esse confirma-
tam refert ex GAIL. lib. 1. obs. 51. n. 7. nec aliter tenet
Praxis in foro Saxon, teste Dn. CARPZOV. d. loc. n. 30.
Et cur quæso necessum esset, ut causa citationi infere-
tur, si citatus ad aliam quoque causam non significa-
tam respondere teneretur? Deniq; fatetur etiam MA-
RANT. in Spec. aur. de citat. n. 13. citationem non id-
eò tantum fieri, ut compareat Reus, sed ut quoque in-
terim ad defensionem se præparet. Idemque reperi-
tur expressum in Ordinat. Process. judic. Sax. tit. 4. in pr.
verb. Seine notthurfft zubedencken haben möge. vid.
Dn. CARPZ. n. 28. seqq. MYNS. cent. 6. obs. 6. GRAEV.
lib. 1. concl. 51. consid. 1. & HIPPOLYT. de MARSIL. in
l. 47 ff. de Re judic. n. 176.

XLIII. Quintò, locus judicii debet apponi, ut cita-
tus scire possit, ad quemnam locum venire debeat. per
l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 21. §. 10. ff. de Recept. qui
arbit. recep. & l. 5. Cod. quom. & quand. judex. aliàs, loco
scil. omisso, dicitur citatio profusoria & obscura, imò
penitus nulla, teste BARTOL. in l. 6. §. Si quis. ff. ad SCt.
Trebell. Sic etiam loco expresso citatus secum per-
pendere potest, an ille tutus sit & honestus, nec ne: ad
locum enim minus tutum, aut inhonestum compare-
re, ci-

re, citatus non tenebitur, sed habebit exceptionem loci non tuti, vel inhonesti. *per dict. Clem. Pastoralis. §. notorium. cum seq. de Sent. & Rejudic. c. 4. X. de fid. instrum. l. 21. §. Sed si. pen. ff. de Recept. qui arbitr. recep. GAIL. lib. 1. obs. 52. TREUTLER. Vol. 1. disp. 4. th. 3. lit. E. MYNS. cent. 2. obs. 73. GILHAUS. in arb. judic. d. c. 4. ram. 1. n. 22. MARANT. part. 6. de citat. n. 131. ZANGER. tract. de Exception. part. 2. c. 4. n. 1. seqq.*

XLIV. Notant tamen Doctores hoc in loco differentiam esse inter judicem Ordinarium & Delegatum; Ita ut Ordinarius, cum hic non nisi cerro in loco solitus sit jus dicere, haud necessum haberet Reo convento definire locum judicii in citatione, sed obstrictus ille esset ad tribunal comparere consuetum, *juxta text. in c. 19. ubi Dd. X. de Appellat. l. 59. ff. de judic. BART. & ANG. in l. 1. §. 9. ff. Si cui plus quam per leg. fals. MARANT. d. p. 6. de citat. n. 64. TREUTLER. d. Vol. 1. disp. 4. th. 3. lit. E. GAIL. lib. 1. obs. 52. n. 12. Veluti quoque in curiis provincialibus Saxon. fieri, testatur Dn. CARPZ. in proc. jur. d. tit. 7. art. 2. n. 37. cum. seq. Judex autem delegatus non habens certum tribunal, & alienâ utens jurisdictione, non propriâ, omninò teneretur locum judicii certum specificare, & ita præcavere, ne citatus possit allegare exceptionem, quod locus, quo comparere debuisset, non fuerit expressus. vid. VANT. d. tit. de nullit. Sentent. ex def. citat. n. 62. seq. MARANT. d. num. 64. HILLIGER. in DONELL. ENUCL. p. 2. lib. 23. c. 2. lit. N. Add. quoque GRAEV. lib. 1. concl. 52. n. 3. 4. It. HILTROP. ad process. p. 2. tit. 1. n. 13. & GILHAUS. d. loc. n. 22.*

XLV. Sextò denique dies & terminus comparitionis citationi est inferendus, ut citatus experiri possit, quan-

quando comparere debeat. Sunt equidem nonnulli, existimantes etiam die vel termino non adjecto citationem valere, eique tacitè tempus inesse, ut nimirum citatus veniat, quàm citius possit; idq; nituntur probare per *c. 22. in fin. de Sent. excom. in 6. c. 19. x. de Appellat. & l. ult. in fin. ff. quod vi aut clam.* Attamen negantium opinionem esse veriore, constat ex *l. fin. §. 2. ibi: certo tempore statuendo. C. de jur. dom. Imp. l. 2. verb. certo dierum spacio. C. ubi in rem actio & l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Eandemq; firmat *Ordinat. Cam. p. 3. tit. 12. §. Als auch. GAIL. lib. 1. Obs. 53. pr. RULANT. de Commissar. p. 1. lib. 5. c. 3. n. 22. VANT. d. loc. n. 67. cum seqq. MARRANT. d. cit. n. 65.*

XLVI. Debet autem terminus ille etiam esse congruus, talis scil. ut intra eum citatus ad locum destinatum commodè venire possit, ne aliàs citatio nimis brevem & angustum complectens terminum, inefficax sit & nullius valoris *d. l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. cap. 6. x. de Dol. & contum. & Dd. in l. 9. C. de jud. vid. SPECULAT. de Citat. §. 11. n. 12. ZANGER. tract. de Except. p. 2. c. 6. n. 1. seqq. AYERER. in process. p. 1. c. 3. obs. 2. n. 59. & 60. GAIL. d. obs. 53. n. 19. cum seq. VANT. d. loc. n. 67. Add. FIBIG. de proc. jud. c. 2. memb. 3. §. 5. p. 46. Et hodiè quidem de jure Camerali terminus hic arbitrarius est, pro longinquitate vel propinquitate loci. *Ordin. Cam. d. p. 3. tit. 12. §. Als auch.* Sed in foro Sax. est sex Septimanarum & trium dierum. *Ordinat. process. jud. Elect. Sax. tit. 10. §. Im fall aber. ibi. die vollkommene Sächs. frist/ als sechs Wochen und drey Tag. & currere incipit à tempore insinuatæ citationis. cap. 12. x. de Appellat. Clem. 2. ut lit. Pendent. Dn. CARPZ. d. tit. 7. art. 2. n. 50. & seqq.* Coeterum ut hora quoque exprima-*

primatur, non necessum esse, putant Dd. communi-
ter, sed intelligatur semper hora consueta, quâ judi-
cium exerceri soleat. *per cap. 24. X. de offic. deleg. Gl. ad
cap. 2. X. de test. cog. BALD. in l. 4. C. quom. & quand. vid.
GAIL. lib. 1. obs. 53. n. 4. BLARER. in l. Diffamari Cod.
de ingen. manumis. cap. 6. n. 132. TREUTLER. Vol. 1. disp.
4. th. 3. lit. F. MARANT. de citat. n. 66. VANT. d. loc.
num. 72.*

XLVII. Porrò hîc occurrit quæstio illa famosissima:
*An citatio ad diem feriatam facta, valeat, ita, ut citatum
ad comparandum ardeat? Quod de Jure Civ. negatur, per
l. 2. in fin. ff. Si quis in jus voc. l. 1. ff. l. 7. & fin. C. de Fer.
PEREZ. in C. n. 2. & 10. d. tit. GAIL. lib. 1. obs. 63. n. 1. & 8.
VANT. d. tit. n. 46. DAMHOUDER. in Prax. rer. Civ. c.
60. n. 7. cum seq. nisi fortè causa sit ita comparata & speci-
alis, quæ diebus quoque feriatis expediri possit: & tales
recensentur in d. l. 1. § fin. cum l. seq. ff. de Fer. vid. Amplifs.
Dn. D BRUNNEM. eod. q. 6. SCOTAN. in Exam. jur.
p. 133. in med. GAIL. lib. 1. obs. 53. n. 13. RITTERSHUS.
de Diff. l. C. & C. lib. 5. c. 13. diff. 3. De jure autem Can.
ejusmodi citationem sustineri, & in diem sequentem
utilem differri, communis est Dd. sententia, per c. 6. X. de
Dol. & contum. ibique PANORMIT. n. 4. & inc. 15. n. 5.
X. de Accusat. RITTERSH. d. diff. 3. GAIL. obs. 53. n. 2. &
GILHAUS. in arb. jud. c. 4. ram. 1. n. 23. Insuper hoc in
loco venit notatu dignum, quod moribus nostris ad
præcavendas omnes disputationes, iudices statim post
diem assignatam soleant subjicere verba hæc: *Dasß ihr
auf den N. Tag/ oder wo der kein Gerichtstag wehret/
den nechsten Gerichtstag hernach/ erscheinet. TER-
MIN. de Process. cap. 18. p. 51. in fin. PEREZ. d. t. num. 9.**

Quod

Quod etiam in Cam. Imp. servari, testis est GAIL, d. Obs. 53. num. 2.

XLIX. Tempus jam est, ut progrediamur ad citationis conceptæ executionem, circa quam tria certè debent observari: Et quidem primò, ut fiat citatio commissione seu jussu judicis, aliàs à nuncio hæc facta ad petitionem partis, citra tamen judicis mandatum, de jure communi caret effectu. *l. fin. C. de Exhib. & transm. Reis. ibi: nisi de cujus exhibitione judex pronunciaverit. l. 10. §. 12. illic: in jus sine permissu meo, ne quis vocet. ff. de injus voc. & cap. 12. in verb. auctoritate judicis. X. de Rescript. GAIL. obs. 54. pr. VANT. d. tit. num. 35. seqq.* Et quamvis nuncius affirmet, se jussu judicis citasse; tamen ei sine prævia probatione hæc fidem haud attribuendam esse, docet GAIL. *lib. 1. Obs. 54. num. 5. per rationem, quod nuncio tantum credatur de actu suo, non alieno, ejusmodi verò actum non esse nuncii sed judicis, ad hujus nimirum spectans officium, quodque hic actus commissionis complectatur non solennitatem intrinsecam, sed extrinsecam, quæ nisi probetur, minimè præsumitur. vid. GAIL. lib. 2. obs. 71. num. 5. per text. in l. 45. ff. de verb. oblig. ibique Dd. ZOES. in Comment. π. d. tit. num. 13. VULTEI. lib. 2. c. 28. n. 37. SCOTAN. in Exam. jur. p. 118. pr. TREUTLER. Vol. 1. Disp. 4. th. 4. lit. A. Quamquam aliter consuetudine & usu fori passim praticari soleat, ut refert ZOES. d. n. 13. Nec non Stylo quoque Camerae receptum esse, quod nuncio citationem insinuanti, etiam non probato de judicis mandato, credatur, meminit HILTROP. in proc. jud. p. 2. tit. de commiss. jud. n. 3. VULTEI. in tract. posthum. de judic. lib. 2. c. 2. n. 127. & MYNS. Decad. 1. Resp. 6. n. 55.*



XLIX. Secundò requiritur, ut citatio insinuetur, est enim notissimi juris, citationem sine insinuatione nullum habere effectum. MARANT. *d. p. 6. de Citat. n. 53.* ASIN. *in prax. § 9. cap. 6.* Et hoc etiam expressè reperitur cautum in *Ordin. proc. jud. Elector. Sax. tit. 10. §.* In fall aber. verb. daß ihme die Citation gebührlichen insinuiert. Quæ insinuatio autem hodiè, imprimis moribus Saxon, regulariter expediri solet per nuncium juratum. *d. Ordin. proc. jud. tit. 4. ibi: Durch gewisse den Gerichten verpflichtete Botten.* vid. MARANT. *d. loc. num. 44.* VANT. *de nullit. Sent. ex defect. citat. n. 149.* & debet fieri primò personaliter sive in personam citandi. *arg. d. l. 1. §. 1. ff. de agnosc. & al. lib. Clem. 1. de judic. quod jure quoque camerale videtur comprobatum. p. 1. Ordin. Cam. tit. 37. §. ult. ibi: zu Handen & tit. 38. pr. verb. selbst zu überantworten. ad domum solitæ habitationis verò, si modo prædicto fieri nequeat. l. 13. §. 1. ff. de Excusat. tut. Clem. 1. de for. compet. conferat. supra th. 16.*

L. Præterea de die insinuationis hîc quæritur non incommodè: *An scil. citationis executio sive insinuatio etiam die festo Majestati divina dedicata possit fieri?* Quod per *l. fin. C. de Fer. c. 1. & c. ult. X. eod.* meritò negant Amplis. Dn D. BRUNNEM. *tit de Fer. quest. 5.* ZOES. *in Comment. π. d. tit. n. 4.* PEREZ. *in Cod. n. 8. in fin. eod.* SCOTAN. *in Exam. jur. p. 132. in fin. & GRAEV. lib. 1. concl. 53. consid. 1.* qui hanc sententiam dicit sacrosanctam & secundum illam in Rota Lucensi atque Regia Audientia Apuliæ judicatum esse refert. UMM. *de proc. disp. 5. n. 61.* Attamen hodiè in Camera Imper. aliisque in locis contrarium usu observari, testatur C. I. A. *tit. de Fer. th. 21. in subjunct. observat. GAIL. lib. 1. obs. 53. num. 1.*

num. 1. MYNS. *Cent. 1. Obs. 77. in fin.* RULANT. *de Commissar. p. 1. lib. 4. cap. 23. num. 15.* ubi in fin. meminit, in causa Kauschenblatt contra Stracken Walden/ executionem citationis die Solis factam in Camera esse approbatam.

LI. Tertiò atque ultimò necessaria est de facta citationis executione nuncii relatio, quippe quæ à Doctoribus refertur ad substantialia processus. AYRER. *de process. part. 1. cap. 4. obs. 2. n. 9.* Dn. HAHN. *in not. ad Wesemb. rit. de in jus voc. n. 13. verb. relationem.* MYNS. *cent. 6. Obs. 10. num. 8* Et hæc à Notario actis insinuari debet, ut citatus emanens postea de contumacia possit argui. MARANT. *de cit. n. 54. seq.* VULTEI. *d. cap. 28. num. 44.* aliàs si ex actis ea non appareat, citationem nullius esse valoris docet Dn. CARPZ. *tit. 7. art. 1. n. 69.* In Camera Imperiali solet relatio fieri nunciorum magistro, prout constat *ex Ordinat. Cam. part. 1. tit. 37. §. Und alsbald verb. dem Bottenmeister anzeigen. junct. tit. 38. §. Nach dem auch.* UMM. *de proc. disp. 5. th. II. n. 63.* & quidem à nuncio ipso in persona propria. *d. tit. 37. §. fin. ibi: und derhalben gründliche und eigentliche relation selbst thun.* GRAEV. *lib. 1. concl. 54. num. 3.* MASCARD. *de probat. concl. 1121. num. 25.* Dn. CARPZ. *d. tit. 7. art. 1. num. 76.* quem etiam *num. 75. cum seqq.* vide de reliquis legitimæ relationis requisitis.

LII. Num verò hic fides sit attribuenda relationi nuncij, quæritur? Et quod ita, decidit BARTOL. *in l. 9. C. quom. & quand. PANORMIT. in cap. 19. X. de Appellat. & in c. fin. X. de Dol. & contum.* nec aliter sentiunt Dd. communiter *per text. in L. 5. C. de Exact. tribut. lib. 10. l. 5. §. 13. ff. de reb. eor. qui sub. tut. & gl. 2. in cap. 38. X. de test.* multorumq; locorum consuetudine ita etiam est

E

rece-



receptum & statutis approbatum: versatur enim in hoc nuncii officium, scil. legitimè citationem executam esse; jam verò constat, quod nuncio referenti de iis rebus, quæ concernunt ejus officium & factum proprium, regulariter & tam diu sit credendum, donec ab alio probetur contrarium. vid. Consultis. Dn. D. BRUNNEM. *d. tit. de in jus voc. quest. 17.* ZOES. *eod. n. 13.* SCOTAN. *p. 118. pr.* GAIL. *d. obs. 54. n. 5.* & PETR. à BIAXIO *in director. Elect. cap. 11. p. 3. n. 1.* Add BERLICH. *p. 1. concl. 36. n. 7.* COLER. *de Proc. execut. p. 1. c. 7. n. 16.* RAZZAL. *p. 1. decis. Rot. Rm. 1123. n. 3.*

LIII. Superest adhuc finis & effectus citationis nostræ judicialis. Quod autem finem attinet, respicit ille actorem partim, partimque Reum: Respectu actoris est, ut citatus reus ad illius instantiam tempore sive termino præfixo compareat in judicio. BALD. *in l. 9. n. 9. C. de his, quib. ut indign. & d. l. 8. C. quom. & quand. num. 36.* DAMHOUDER. *in Prax. rer. Civ. cap. 61. num. 6.* MARANT. *d. loc. n. 13.* VULTEI. *cap. 28. n. 57.* Est tamen regulariter in arbitrio ejus positum, vel in persona propria comparere, vel per procuratorem sufficienter instructum. *per cap. 4. X. de Dilat. cap. 5. in fin. X. de Restit. in integr. L. ult. C. de procurat. ibi: CYNUS & SALICETUS. It. Nov. 112. cap. 3. in med.* Sicuti etiam citationibus plerumque inseri solet hæc clausula: *Zu erscheinen durch sich selbst / oder einen tüchtigen und vollmächtigen Anwalt.* Dixi regulariter, cum certe satis notum, imò praxis quotidie docet, hoc sæpius & multis in casibus fallere, de quibus consulatur Nobilissimus Dn. D. BRUNNEM. *d. tit. quest. 36.* Ampliss. Dn. D. STRUVE. *Exercit. 7. th. 27. in fin.* PEREZ. *in Cod. tit. de in jus voc. num. 15.* GILHAUS. *d. c. 4. ram. 1. num.*

num. 9. FIBIG. in proc. cap. 2. memb. 3. §. 5. pag. 33. Re-
spectu demum Rei citationis finis est, ad defensio-
nem suscipiendam præparatio. Clem. Pastoralis. de Sent.
& Re judic. l. 1. ff. de Edend. & Auth. offeratur. C. de
lit. contest. vid. WESEMB. in parat. ff. num. 13. & C.
num. 11. tit. de in jus voc. SCHNEIDEWIN. in §. ult.
num. 10. Inst. de pæn. tem. litig. MARANT. d. loc. num.
13. GAIL. lib. 1. Obs. 58. num. 3. & lib. 1. de pac. pub. Obs. 5.
num. 13.

LIV. Effectus citationis legitimæ, à Doctoribus
traduntur varii & multiplices: Videlicet quod primò
efficiat præventionem jurisdictionis. cap. pen. X. de
for. compet. l. ult. C. de in jus voc. & l. 7. ff. de judic.
Consultis. Dn. D. BRUNNEM. d. tit. de in jus voc.
quest. 37. Dn. CARPZ. in proc. jur. tit. 9. art. 3. num.
43. seq. GAIL. lib. 1. Obs. 29. num. 5. & Obs. 74. num. 18.
GILHAUS. d. loc. num. 51. Secundò, quod perpetuet
jurisdictionem judicis delegati. cap. 20. X. de Off. deleg.
l. 6. ff. de jurisdic. ibique DUAREN. & Dd. vid. Dn. D.
BRUNNEM. d. tit. quest. 38. ZOES. in Com. π. tit. de
jurisdic. num. 64. in fin. PEREZ. in Cod. d. tit. num. 16.
TREUTLER. Vol. 1. disp. 4. th. 9. lit. A. Tertio quod
faciat rem litigiosam. Auth. litigiosa. Cod. de litigios. &
Nov. 112. cap. 1. conferatur C. I. A. tit. de litigios. th. 2.
SCOTAN in Exam. jur. pag. 946. in med. GAIL. d. obs.
74. n. 16. & obs. 118. n. 4. Plurium effectuum enumera-
tionem nunc compendium facere cogor, remittens
candidū Lectorē ad TIT ff. si quis in jus & c. cum seqq. &
Doctores jam allegatos, quibus etiam addi possunt
BOCER p. 2 clas 6. disp. 13. n. 54. cum mult. seqq. WESEMB.
in parat. ff. n. 13. & C. n. 12. d. tit. UMM. de Process. Disp. 5.
th. 11. n. 60. ROSBACH. de Process. civ. tit. 22.

Quod



Quod superest, si materia hæc propter temporis angustiam & ingenii tenuitatem minus doctè forsan elaborata, vel confusè congesta, ac non pauca selecta, ad hanc materiam spectantia, prætermissa videbuntur, veniam à B. L. Spero, eaque pro ingenii dexteritate emendare & supplere velit, etiam atque etiam peto, TIBI verò, DEUS immortalis, pro assistentia & clementia immortales persolvo grates, majorem in modum rogans, ut imposterum ex altis, studiis nostris benedicas, quo vergant in Nominis Tui gloriam, Patriæ incrementum & proprium emolumentum.

F I N I S.



Stassburg, Diss., 1665-66

ULB Halle 3
003 745 031




f

TA → OL

nur 5 bisher verknüpft

WOM





B.I.G.

Farbkarte #13

DISPUTATIO JURIDICA ^{26⁵22}
INAUGURALIS
DE ^{1666, 8.}
ATIONE JUDICIALI,

QUAM
A CLEMENTER FAVENTE GRATIA,
Decreto & Auctoritate
NIFICI, NOBILISSIMI, AM-
MI ET CONSULTISSIMI JCTORUM
EGII IN ILLUSTRIS AC CELEBERRIMA
REIPUBL. ARGENTORATENSIS
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA
EM SUMMUMQUE IN UTROQUE
DOCTORIS GRADUM, HONORES,
SIGNIA ET PRIVILEGIA LEGITIME
AC DECENTER CAPES-
SENDI.

PUBLICAE
Eruditorum Disquisitioni submitte
ANNES FRIDERICUS Prengkenhoff/
HALL. SAXO.
em ^{Martin} iix Mens. ~~_____~~ Ann. M. DC. LXVI.
loco horisque consuetis.

ARGENTORATI,
RIS JOHANNIS WELPERI.

